IO: DELPHINVS

DVX LVI.

Electus Anno 1356. Obiit Anno 1361.

EPIGRAPHES ANTIQVA.

Tarviſium obſidione liberum feci, pace cum Vngaris initâ.

LVII.

GRadonico extincto Patres Io: Delphinum Byzantinâ legatione clarum ex Procuratore D. Marci ſubrogavere, abſentē, & obſeſſū Tarviſii à Phalangibus Regis Pannoniæ, qui eà feritate in Venetos arma gerebat, quod tranſitū roganti Delphino, ut tutò ad thronū aſcenderet; negaverit. Delphinus porrò quamvis ferreà Pannonū nube circumfuſus, ex aversà parte urbis equitum cuneo vallatus in tutum abiit. Rex Ludovicus cum in urbē fruſtra irrumpere tentaſſet, ſuorum pluribus cæſis, relictis caſtris in Pannoniam rediit. Patuere tunc ad vindictam Carrarienſes ingrati, cum quibus placuit